

(scilicet omnia ea quae p. 591. 592 dedimus litteris inclinatis) alia manu adiecta esse videntur (de qua re cf. Mommsen C. III p. 904); in eiusdem scriptura exteriore errore est veterani et conudium.

**1992** imp. Caesar Vespasianus Augustus pontifex maximus, tribunic. potestat. V, imp. XIII, p. p., cos. V designat. VI<sup>1</sup>, censor, equitibus et peditibus, qui militant in alis sex et cohortibus duodecim, quae appellantur (1) I Flavia Gemina et (2) I Cannenefatium et (3) II Flavia Gemina et (4) Picentiana et (5) Scubulorum et (6) Claudia nova<sup>2</sup>, et (1) I Thracum et (2) I Asturum et (3) I Aquitanorum veterana et (4) I Aquitanorum Biturigum et (5) II Augusta Cyrenaica et (6) III Gallorum et (7) III et (8) IIII Aquitanorum et (9) IIII Vindelicorum et (10) V Hispanorum et (11) V Dalmatarum et (12) VII Raetorum<sup>3</sup>, et sunt in Germania<sup>4</sup> sub Cn. Pinario Cornelio Clemente<sup>5</sup>, qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XII k. Iunias, Q. Petillio Ceriale Caesio Rufo II, T. Clodio Eprio Marcello II cos.<sup>6</sup>

alae Scubulorum, cui praest Ti. Claudius Sp. f. Atticus, gregali: Veturio Teutomi f. Pannon.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio introeuntibus ad sinistram, in muro inter duos arcus. L. Caecili L. f. Quir. Ioviani — L. Cannuti Luculli Clu. Tuder. — L. Iuli C. f. Silvini Carthag. — Sex. Iuli C. f. Fab. Italici Rom. — P. Atini Rufi Pal.<sup>7</sup> — C. Semproni Secundi — M. Salvi Norbani Fab.

*Diptychon aeneum, rep. in Pannonia ad vicum Hungariae Sikator (non longe a Raab), est Pestini (III p. 852). — 1) A. 74. — 2) Eadem sex alae redeunt in constitutione Domitianae de eodem exercitu data a. 82 (infra N. 1993), nisi quod ala Claudia nova missa reperitur in Moesiam, tres tantum ex sex in diplomate dato a. 90 (N. 1998). — 3) Ex his cohortibus octo redeunt in diplomate dato a. 82 (infra N. 1993), scilicet prima Thracum, prima Asturum, prima Aquitanorum (altera, veterana ut videtur), tertia Gallorum, tertia Aquitanorum, quarta Aquitanorum, quinta Hispanorum, septima Raetorum, nisi quod tertia Gallorum et quinta Hispanorum missae reperiuntur in Moesiam, decem in diplomate dato a. 90 (N. 1998). — 4) Intellegitur Germania superior. — 5) Cf. supra N. 997. — 6) 21 Mai. (74). — 7) P. Atinius Rufus etiam aliorum militum diplomata signavit aetate Flaviana, cf. N. 1993 not. 40.*

**1993** imp. Caesar Vespasianus Augustus pontifex maximus, tribunicia potestat. VIII, imp. XVIII, p. p., censor, cos. VII, design. VIII<sup>1</sup>, nomina speculatorum, qui in praetorio meo militaverunt, item militum, qui in cohortibus novem praetoriis et quattuor urbanis, subieci: quibus fortiter et pie militia functis ius tribuo conubi dumtaxat cum singulis et primis uxoribus, ut etiam si peregrini iuris feminas matrimonio suo iunixerint,